

**Pars III.****Capitulum I**

cui dux ipse prepositus erat: quia igitur sicut iam ostendimus in vniuersali saltem necesse habet credere cōmunitas hoīm. principia seu fundamenta religionis: et hoc absq̄ contradictiōne et repugnantia: nec obsistit diuersitas credulitatis in particulari. quia alius alium articulum in particulari capit. aut etiam eundem articulum. alius magis. alius minus. Manifestum est vnam debere esse ex necessitate in mundo isto catholicam se communem fidem. certorum et determinatorum articulorum. Et quia illa duas habet differentias credendi vt diximus. siue duos modos. quos nominamus vniuersalem siue in vniuersali. et particularem siue in particulari. Manifestum est ex antecedentibus. quia duobus modis ab ea receditur et aberrat. videlicet quando vel non creditur vlla esse fides quā tenet et predicat ecclesia sanctōrum. vel ecclesia vel aliquis tale. quando inq̄m vel pertinaciter nō creditur vel pertinaciter dis creditur. aut ei contrarium creditur. Eodem modo et in particulari videlicet si vni ex articulis non acquiescit pertinaciter vel si ab eo taliter dissentit. **R.** Secundus autem modus destructionis istius erroris est. quia affectiones ex quibus sunt opera religionis. que supra nominauimus. communes sunt omni generi hominum. videlicet gratitudo. Spes et timor et alia. quare apprehensiones ex quibus sunt huiusmodi affectiones necessario cōmunes sunt omni generi hoīm. Manifestum est ergo ea que pertinent ad fundamentū religionis cōmunia esse omni generi hoīm: et nullo modo esse dissimilia. nisi sic diximus. videlicet vt in solo modo credendi. non autē increditis sit apud eos diuersitas. nullo autē modo in ipsis creditis repugnantia vel contrarietas. Manifestum autē fiet quod diximus. si ea ipsa de quibus fides a nobis exigitur nominemus et numeremus.

**Contra eos qui negant deum.****Pars III.****Capitulum I.****A**

**D**icamus ergo. Primū et radicale fundamentum omnium credendorū est esse ipsius creatoris. Hoc enim sublato nihil de eo creditur. propter quod cultus ei honorificentia impendat. nullus ei honor. nullus timor. nullus amor impendat. et iterū nulla spes erit in eū. nulla de eo fiducia. que nec curabit nec cogitabit. Et ideo manifestum est incredulitatem huiusmodi articuli atq̄ negationem ipsius. destructionem esse diuini cultus. et subuersionem totius religiosi edificij. Manifestum est igitur hunc articulum binariū et fundamentum atq̄ caput fidei quo creditur vt sepe diximus. et nulli hoīm posse esse excusationem de eius per-